

Iacobus de Abamonte, iudex

1

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Iacobus de Abamonte, iudex

1

1368-09-21

In nomine domini nostri Iesu Christi, anno dominice incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimosexto. Regnante... Iohanna Dey gratia Ierusalem et Sicilie regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum eius anno vicesimotertio, dominante etiam... Filippo Dei gratia Costantinopolitano imperatore, // Romanie despoto, Achaie et Tarenti principe, imperii et principatus eius /anno secundo, mense Septembris, die vicesimo primo eiusdem, quarte indictionis, Mathere.

Nos Iacobus de Abamonte annalis Mathere iudex, Antonius notarii Eustasii, de eadem terra, puplicus per provincias Terre Ydronti, Terre Bari, Basilicate et Capitate reginali auctoritate notarius, iudex Eustasius de Paradiso, Nicolaus Angeli abbatis Petri, iaconus Iohannes Angeli de Petro, dopnus Andreas Nicolai de Riccohomine, Nicolaus dopni Thomasii et magister Angelus Barberius, testes,... de eadem terra,... notum facimus... quod... constitutis dopno Adanesio, Simmono, Colutio, Iuliano et Blasio,... filiis quondam Paschalis de sire Adanesio de Matera, predicti dopnus Adanesius et fratres... asseruerunt... habere... comuni et indiviso,... in territorio et pertinentiis... Matere,... vineam unam vituum sitam in serra sancte Caterine iuxta vineam dopni Iacobi de la Mantina, iuxta vineam abbatis Luce Ortulani, iuxta vineam Marini de Pilatro et iuxta viam seu strictulam que exit ad viam sancti Luce;... petiam unam terrarum laboratoriarum in Magna Matina Mathere, que fuit quondam seri Addanesii, avi eorum, cum domo una fabricata et griptalea una intus in ea, que est iuxta terras laboratorias Nicolai dopni Thomasii, iuxta terras iaconi

Iohannis filii condam Petri de Miladay;... petiam unam terrarum laboratoriarum capacitatis tumulorum sex in semine, subtus predictam petiam terrarum prefati iaconi Iohannis Petri de Miladay;... petiam unam terrarum laboratoriarum, sitam in eodem loco et in eadem contrata, cum puteo uno qui dicitur puteus fetidus et cum vallone uno intus in dicta petia terrarum,... iuxta viam sancti Herasmi, iuxta terras dopni Nicolai dopni Thomasii, iuxta terras condam iudicis Iaquentini;... aliam petiam terrarum in eadem contrata, tam partem solanee quam mancose, iuxta viam qua itur sanctum Herasmus, iuxta terras condam Iacobi sire Bisantii, iuxta stratam Tarantinam et iuxta vallonem iaconi Antonii Francisci Morresii... Et volentes... pre-/-dicta bona... equali portione inter eos dividere,... de predictis bonis... tres partes... fecerunt ponentes:... in una prima parte predictam vineam,... predictam petiarum terrarum laboratoriarum que fuit siri Addanesii,... predictam petiam terrarum... que est subtus petiam terrarum dicti iaconi Iohannis Petri,... que... prima pars de concordia.... omnium predictorum fratruium predictis Iuliano et Blasio pervenit in parte... In alia secunda parte... posuerunt petiam... terrarum... cum puteo... et vallone,... que... secunda pars de concordia... omnium predictorum fratruium predicto dopno Adanesio pervenit in parte... In alia tertia parte... deposuerunt petiam... terrarum... que est iuxta viam sancti Herasmi,... que... tertia pars de concordia... omnium predictorum fratruium predictis Simmono et Colucio pervenit in parte.... Stante... cum prefato dopno Adanesio, in tota huius serie presentis contractus, predicto Nicolao dopni Thomasii causa honoris et ecclesiastice dignitatis...

† Iacobus de Abamonte annalis Matere iudex † Ego
Nicolaus Angeli abatis Petri testor qui supra † Ego iudex
Eustasius de Paradiso testor qui supra † Ego dopnus
Andreas testor qui supra † Ego Nicolaus dopni Thomasii
testor qui supra † Ego dopnus Iohannes de Angelo testor
qui supra † Signum crucis proprie manus magistri Angeli
Barberii qui supra scribere nescientis...